



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 35. Legatorum consilia de evitando responsio ad hæc postulata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

„in latioribus Provinciis erigantur, & Sæcul. XVI.
 „opulenta Cœnobia in hunc usum con- A.C. 1562.
 „vertantur. VI. Quod spectat ad bona
 „Ecclesiastica in usus profanos conversa,
 „& distracta, præstaret forte hoc tem-
 „pore, ut eæ dissimulentur injuriæ.

Postremo: Modeste monendi sunt
 Patres, ut diligenter examinent, an ad
 tollendam conscientiarum anxietatem
 non conduceret, si statuerent, Præsu-
 lum Constitutiones non obligare sub
 peccati reatu: insuper perpendant Pa-
 tres, an non major utilitas deposceret,
 ut innumeræ hæc leges humanæ ad mi-
 norem reducantur numerum, aut in qui-
 busdam locis psalmis latinis quædam
 preces patria lingua adjiciantur.

§. XXXV.

*Legatorum consilia de evitandoresponso
 ad hæc postulata.*

Cum hæc postulata Legati minime *Pallav. l. 17.*
 admittere possent, toti in eo erant, *c. 1. n. 6.*
 ut Archiepiscopo Pragensi horum in- *7.*
 dignitatem comprobata redderent, ac
 demonstrarent, quanto tum Concilii,
 tum Cæsaris dedecore ejusmodi articu-
 li fuerint propositi, quapropter respo-
 sum differre statuerunt, donec per Se-
 dis Apostolicæ Nuntium Cæsarem ab
 hoc consilio dimovissent. Hujus rei cu-
 am eidem demandabant Archiepiscopo,
Hist. Eccles. Tom. XLV. F qui

Sæcul. XVI
A. C. 1562.

qui aliunde Pragam, ubi Bohemiæ Rex coronandus esset, solemnia peracturus contenderat. Insuper Legati eodem tempore datis ad Hispaniæ Regem literis eidem exponebant rationes, quibus permoti hucusque Synodi continuationem declarare omiserint.

§. XXXVI.

Lancianensis Archiepiscopus ad Papam a Legatis missus.

Postea Legati Leonardum Marinum Ord. S. Dominici quondam alumnus, ac Nobilem Venetum, & tunc Lancianensem Archiepiscopum ad Papam ablegabant, ut de vero rerum statu, atque angustiis, quibus premerentur, eundem certiore redderet. Verum publicæ fidei literas, quas huic Deputato dederunt, Simonetta Cardinalis signare recusabat, nisi idem privatas cujuslibet Legati literas secum deferret.

§. XXXVII.

Legatorum rationes Pontifici propositæ.

Pallav. l. 17.
c. 2. n. 1.
Et seq.
Sarpinus l. 6.
p. 498.

Cum falsus spargeretur rumor, quod Pontifex ob ingentes expensas, quæ in hunc conventum effundebantur, Concilium dissolvere vellet, atque aliunde Patres illud absolvere, vel saltem ad aliam